iussioni illa honorem deferens decoris
amicta vestimentis capitalibusque compta
redimiculis iter cum eis aggressa est.
Pergentibus autem illis virgo caput gra
uiter dolere cepit quia dominus qui eam
dilexit corripuit ut ista correptio
quasi premonicio esset observande humilitatis
ne vitium elacionis propter exteriorem
vestis candorem allapsum interius obfu
scaret cordis splendorem. Contra quam
allapsionem eciam pastorem ecclesie sibi tra
ditas oues cautificare estimo ubi dicit
non in veste preciosa. Confestim vero senci
ens per spiritum se diuina visitacione com
monitam equi cui insidebat dorsa de
scendendo releuans teristrum cum omni
vittatoria composicione detrahens nunquam
deinceps huiusmodi ornamentis usa est.
Cumque comites ut equum reascenderet
hortarentur penitus non consensit sed pede
stri itinere usque ad ecclesiam peruenit.
Illa dies in tantum inceptiua fuit rebus
transitoriis renunciandi ut eciam matri
monii contractione in animo spreta fr
atri suo hittoni aput cenobium sancti
galli in scolis agenti magistro quoque precis
aduentantibus se commendare stu
deret ea quibus indigebat per fide
les inter nuncios mittendo. Sequitur.

6 Memoratus itaque clericus ad presbiterii
gradum promotus studuit sine cri
mine viuere atque unius uxoris vir
esse id est ecclesie. Cumque septies in die
laudem deo dicturus frequentaret psalmo
diam ardentius beata virgo cepit ei
insistere communicans ei omnibus bonis
ut eciam se cathezizaret verbo. Cuius
desiderio se satis facturum spondens
in ipsa inchoacione feruebat in erudiendo
sed studium eius paulatim tepescens ad
ultimum refrigerauit. Cum ergo quadam
nocte per visionem correptus in abstinencia
sibi precepit esse donec sororem suam
psalmum quinquagesimum edoceret. Nam
anteriores ab illo edocta iste solus
de quinquaginta superat. Quid plura.
De nocte surrexit sororem arcessiuit
visum aperuit seque paratum ad erudiendum
innotuit. Factusque est tunc discendi

hortator qui prius fuerat docendi negator.
Quinquagesimum in psalmis ita carptim a
fratre perceptum reliquos sancta spiritu magistro didicit.

7 In dominica die ordientis quadragesime
cum predictus sacerdos missarum sollempnia
celebraturus conquestus esset sibi deesse ad
iutorem consolans eum beata virgo dixit.
Confide de adiutorio altissimi et ipse te
adiuuans tecum commorabitur. Virginis igitur
credens promissioni processit et spirituale
officium inchoauit. Cum quo statim ita au
ctoraliter ipsa psallere cepit ut in sciencia
eorum que inibi cantabantur nequaquam inferior
esse videretur sacerdote. Tua sunt hec
miracula domine pater celi et terre qui
abscondisti thesaurum sapiencie a prudentibus
huius seculi et reuelasti eum paruulis.
Tibi enim mortua viuunt insensibilia
sapiunt ceca contemplantur surda audiunt
muta diserta sunt ad laudem et gloriam
nominis tui. Sacerdos autem et vniuersa
circumstans concio ista audientes post
non modicam admiracionem glorificabant
deum eius possibilitati hec ascribentes.

8 Idem sacerdos iam inde a iuuentute cum illo
euangelico iuuene mandata vite custodiens
illud solummodo quod perfectionis esse veritas
docuit adhuc eciam cum eo tristis audi
uit. Beata vero wiborada que iam transitoriis
in mente renunciando fluctibus huius
seculi se emerserat cupiens eciam fratrem
suum ad portum perhennis tranquillitatis per
uenire huiuscemodi verbis eum alloquitur.
Quamdiu frater karissime ista temporalia
amando in fluminibus babilonis iactamur
humiliati enim sumus in hac valle lacri
marum propter presumpcionem primi parentis.
et necesse est si per relacionem amissam
patriam consequi desideramus per humi
litatem promereri. Idcirco te moneo fra
ter mi ut neque sub fluminibus neque in flumi
nibus sed super flumina huius babilonis
sedentes cottidie cum lacrimis prestolemur
finem nostrum ut dolore cordis mei ad deum
ascendente eius graciam mereamur adiuuari
ut per gradus humilitatis de virtute in vir
tutem conscendentes pedes mei stabiliantur
in atriis ierusalem. Scimus enim

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. 28r – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/en/vad/0070/28r)